

Die Traditionen des Hochstifts Freising (Ed. Bitterauf), Nr. 277

Notitia qualiter quendam homo Isangrim nomine quesivit territorium in loco qui dicitur Eginoni ecclesia, quia eandem territorium pertinebat ad domum sanctae Mariae ubi Atto episcopus tunc tempore praesesse videbatur. Tunc Atto episcopus et defensores illius dimiserunt ipsam contentionem inter manus supradicti Isancrimi seu parentorum ipsius, ut ipsi secundum legem exinde fecissent. Ita et fecerunt et venerunt ad Frigisinga et cum legitimis sacramentalibus iuraverunt, ut ipsa res magis in hereditatem supradicti Isancrimi stare debuisset quam ad domum sanctae Mariae seu potestate Attoni episcopi, et definitum est inter eos. Tunc quoque ipse Isangrim compunctus de divina misericordia tradidit eadem pro remedium animae suae seu parentorum ipsius ad domum sanctae Mariae seu sancti Corbiniani confessoris Christi. Statuit Haec Inprimis Kaganhart. Selprih. Haholf. Ampho. Nothart. Hericco. Actum anno gloriosissimi imperatoris Karoli augusti VIII. indictione prima. Ego